UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXCVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

do pronunciandum omnino fore ad fauorē dicti Flo rentij & Vincētij fratris ſui contra fratres ſancti Ioannis, & conſequenter contra Antonium, qui ſuper caducitate innituntur. Laus Deo.

S V M M AE.

1 Campſor & tertius pro alio ſoluere promittens ut fideiuſſor promittit, & debitorem pro quo promiſit, ab obligatione non liberat, niſi expreſſè nouandi animo promiſerit; etiam ſi pro alio promiſerit principalem debitorem ſe conſtituendo, num. 4. nouatio non dicitur facta, niſi hoc expreſſè agatur.

2 Delegatio ut fiat, quæ requirantur.

3 Iuſſus delegantis in dubio non præſumitur, niſi probetur.

5 Verbum promitto redactū in ſcriptis quando ſtipulationē īportet.

6 Epiſtola, num. ſequen.

7 Contrahen. & committ. ſtipul. declaratur.

8 Delegans debitorem ſuum, quem decocturum ſciebat, ſeu ſcire præſumebatur, non eſt ab obligatione liberatus, uel ipſi creditori de dolo ad damnum, & intereſſe tenetur.

9 Et quando ſcire præſumatur, debitorem delegatum decocturum.

EPITOME.

Debitor Titii non liberatur, neque nouatio facta dicitur, ſi fideiuſſio, ſi campſor, & mercator ſimpliciter in libris ſuis promiſerit ipſi Titio pro dicto debitore, & tanto magis, ſi ille campſor, ſeu mercator infra breue tempus decoxit.

CONSILIVM CXCVII.

VIsa ſcriptura libri Antonij campſoris, in qua ſic ſcriptum reperitur. A Carlo da Reggio fornaro lire mille, & dugento de quatrini, ſono per tanti ne prometto liberamē per lui à Paulo Boccha di ferro à pagare per tutto Genaro proſſimo à uenire per la valuta di corbe 120. di frumento hauuto da lui à credito à detto Carlo. Su per dubio mihi propoſito, an per promiſſionē in ſcriptura, ut ſupra, factam, dicatur facta delegatio, ſeu nouatio, ut ipſe Carolus piſtor ſit liberatus ab obligatione, qua Paulo ex cauſa frumenti ſibi uenditi tenebatur, & talis obligatio dicatur paſſiuè transfuſa in perſonam Antonij cāpſoris, qui poſt infra modicū tēporis interuallū decoxit, qm̄ res corā uiro peritiſſimo agitur, paucis agam, dando cōcluſionem, quā de iure veriorē eſſe arbitror. Et ſi enim plura hinc inde poſſent adduci, cū articulus ſit ſatis amplus, atque difficilis,
1 tamen concludo, † ꝙ dictus Carolus ēt poſt promiſſionē ab Antonio campſore facti remanſit ipſi Paulo obligatus pro quantitate in dicta ſcriptura contenta, & Antonius cāpſor dicitur dicto Paulo ut fideiuſſor promiſiſſe, qm̄ per promiſſionē factā ab Antonio ipſi Paulo nomine Caroli debitoris non poteſt dici facta nouatio, ſeu delegatio, propter quā ipſo iure ſublata ſit obligatio debitoris, qui fecit cāpſorē promittere ſuo creditori iuxta §. præterea. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. & l. 1. ff. de nouatio. & hoc primo conſtat, quia hodie nouatio non dicitur, nec cenſetur facta niſi hoc expreſsè agatur. l. fin. C. de nouatio. vnde in caſu noſtro ille cāpſor, qui promiſit, cēſetur fideiuſſor, per gl. ſingularis in auth. de fideiuſſo. in princ. & ita in terminis noſtris tenuit Bart. in conſ. ſuo incip. tertius promiſit, & ita Bar. ad hoc pōderat Rom. in l. ſingularia. ff. ſi cer. petat. ꝙ ſi tertius promittat tibi illud, quod ego debeo, nunquā ero ex tali ꝓmiſſione à tertio facta liberatus, qa hodie nō fit nouatio, niſi expreſſè agatur. Hoc idē uoluit Ang. in l. delegare. ff. de nouatio. dicens, ꝙ per promiſſionē campſoris debitor nō liberatur uirtute nouationis, quia ſm̄ eum nunquam fit, niſi expreſsè agatur, ut in d. l. fin. Hāc etiam opinionem tenuit Raph. Fulg. in d. l. ſingularia. qa nouatio nō dicitur, nec cēſetur facta. d. l. fi. & §. preterea. iuncto §. quod autē diximus. Inſt. quib. mod. toll. obliga. & quòd ex hac promiſſione facta per Antoniū cāpſorem non dicatur facta delegatio, ut per eam obligatio Caroli piſtoris poſſit dici extincta, ita demon-
2 ſtratur, nam † ad hoc ut fiat delegatio, plura requirūtur, primū quòd debitor ſuum debitorē creditori delegauerit, & ſic faciat, quòd ſuus debitor ꝓmittat ſuo creditori. l. delegare. la 1. ff. de nouat. ubi Pau. de Ca. dicit, delegationē propriè eſſe, quando debitor vnius debitorē ſuum loco ſui ſupponit, & facit illum ſe obligare ſuo creditori, & ſic requiritur duplex debitor, uidelicet delegans, qui ſit debitor creditoris cui fit delegatio, & delegatus, qui fuerit, & ſit debitor ipſius delegantis, alioquin nō ꝯhitur delegatio, & conſequēter requiritur, ꝙ debitor meus promittat creditori meo tanquā debitor meus, & ita à creditore meo ille tanq̈ debitor meus acceptetur, ut in d. l. delegare. la 1. & la 2. glo. in l. quāuis. §. ſi mulier. la 2. in glo. 1. magna, ibique Iac. Butrig. & Pau. de Ca. ad velle. & in l. ſi titius. ff. de nouatio. & in caſu, de quo agitur, cāpſor nō fuit delegatus ut debitor Caroli, nec tanquā debitor Caroli promiſit Paulo, immò non apparet, nec uerū eſt, Antoniū campſorē fuiſſe debitorē Caroli, ergo dici non poteſt, quòd ex promiſſione Antonij cāpſoris dicatur facta delegatio taliter, quòd ex ea Carolus ſit liberatus, & ſolus Antonius remanſerit obligatus, ēt ſi iuſſu Caroli promiſiſſet. Secundo requiritur ad hoc, ut fiat delegatio, quòd debitor meus iuſſu meo promiſerit creditori meo tanquā debitor meus, ut eſt de mente Bar. in d. l. delegare. Sed in caſu noſtro nō apparet, Carolū iuſſiſſe, ſeu iniunxiſſe Antonio cāpſori tāquā debitori ſuo, quòd ꝓmitteret Paulo creditori,
3 ergo nō pōt dici facta delegatio. Et † in dubio nō præſumitur iuſſus ipſius Caroli, qa cū iuſſus dicatur quid facti. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. cū ibi no. ff. de acq. hær. & not. per gl. in c. 1. de rebus eccl. nō alie. in 6. nō debet in dubio præſumi, niſi probetur, qa facta non p̄ſumūtur. l. in bello. §. factę. ff. de capti. & poſtlim. reuer. & in terminis noſtris Bal. in l. 2. C. de exequu. rei iud. dicit animaduertendū eſſe, an cāpſor, qui creditori meo promiſit, eſſet debitor meus, & tanquā debitor promiſerit creditori meo, & tunc dicitur facta delegatio, & cōſequēter ego ſum liberatus, alioquin ſecus, ſed in caſu noſtro Antonius cāpſor nō erat debitor Caroli, nec tanquā debitor Caroli, nec iuſſu illius promiſit, ergo non pōt dici ꝯcta delegatio, & conſequenter nec Carolus liberatus, ſed Autonius cāpſot, qui pro Carolo promiſit, in dubio debet dici promiſiſſe ut fideiuſſor, & ut acceſſorius per gl. ſingularē in d. auth. de fideiuſſo. in prin. in uer. fideiuſſorē, quæ ēt
4 expreſsè uoluit, quòd † ēt ſi ille, qui ſe pro alio obligauit, promiſerit, principalē ſe debitorē conſtituendo, tamen non liberatur ille, pro quo ſe obligauit, ſed is cēſetur, ut acceſſorius, & ſic magis ut fideiuſſor obligatur, quàm ut ſolus principalis, nam & ſi ſecundum iura digeſtorum nouatio contracta dici potuiſſet, tamen ſecundum iura hodierna non dicitur contracta, niſi expreſsè agatur, ut per glo. ibi. Nec obſtant not. per Bart. in d. l. ſingularia. in quæſtione de campſor. quia loquitur, quando conſtat campſorem iuſſu, & uolūtate mea promiſiſſe creditori meo. Præterea requiritur ad hoc, ut delegatio facta dicatur, quòd promiſſio à debitore meo creditori meo ſit facta per ſtipulationē. l. 1. C. de noua. & l. delegare. eo. tit. ſed non cōſtat in caſu noſtro ꝓmiſſionē ab Antonio cāpſore fuiſſe ꝑ ſtipulationē factā, ergo &c. Nec obſtat, quod uerbū promitto redactū in ſcriptis ſtipulationē importat. §. ſi ſcriptum. Inſti. de inuti. ſtip. & l. ſciendū. ff.

de

5 de uerb.obl.quia reſpōdetur, †hoc uerum eſſe,quando redactum fuit in ſcriptis in inſtrumento publico facto,& ſcripto à peritis,ut à notario,ut eſt gl.in d.§.ſi ſcriptum.& de mente doct.in d.l.ſciendum.Et ita eſt de mente Cy.& Iaco. Butri. in l.1.C. de uſuris.ueluti refert ibi Bal.dicens doct.ita cōiter tenere, & quamuis Bar.in d.l.1.C.de uſuris.contrarium uelit,per l.1. cum gl.C.de contrah.& commit.ſtipul.tamen Bald. ibi cum priori opinione uidetur reſidere. Nec obſtat d.l.1.C.de contrahen.& committen. ſtipulatio. quia
6 †ibi in epiſtola aſſerebatur fuiſſe promiſſum à præſente pręſenti,quo in caſu præſumitur per ſtipulationē: nam licet per epiſtolam ſtipulatio contrahi nequeat, tamen per epiſtolam poteſt probari,illam fuiſſe contractam. Bar.in l.1.in prin.col.1.ff.de uerb.ob.ut qñ ī epiſtola dictum eſſet,ſtipulationem fuiſſe contractā, uel fuiſſe promiſſum à præſente præſenti,quoniā uerbum promitto,redactum in principali ſcriptura, per quam obligatio inducitur, ita demum ſtipulationē importat,ſi fuit à perito, ut à notario, in inſtrumēto publico prolatum,ſecus ſi ab imperito:ergo in terminis noſtris delegatio facta dici non poteſt, ex quo nō apparet promiſſionem fuiſſe per ſtipulationē factā: & hanc concluſionem,ꝙ in terminis noſtris non ſit facta delegatio,neque nouatio adeò,ꝙ Carolus debitor non ſit liberatus, ſed remaneat obligatus principaliter,& Antonius campſor dicatur promiſiſſe ut debitor acceſſorius,& ſic tāquam fideiuſſor, tenuit Iaſ. in d.l.ſingularia.in col.14.& 15.nu.36.37.& 38. ut ibi latius per eum,& facit id quod uoluit Ang. in l.ſciendum.in prin.ff.de ædil.edic.& Alex.in conſi.152.uiſis diſputationibus,alias eſt conſi.10.in 2.col.& Bald.in l.fruſtra.C.de nō num. pecu. & melius pro deciſione faciunt no.per Pau.de Caſt.in l.qui uſumfructū.ff.de uerb.obli.¶ Accedat ad hęc,ꝙ etiam in caſu,quo de-
7 legatio fuiſſet facta,†ſi debitor delegaſſet debitorem ſuum,ſeu mercatorē,quam decocturum ſciebat, uel ſcire præſumebatur,tunc ipſe debitor,qui talem delegauit,tenetur,nec liberatur,uel,ſi fuit liberatus,tenetur ipſi creditori de dolo ad damnum,& intereſſe.l.ſi legatarius.ff. de dolo.Bal. Ang. Imo.& moder. in l.ſi cum dotē.§.ſi mulier.ff.ſol.mat. & Bal. in l.ſi pro de-
8 bitore. circa finē.C.de bonis aucto.iud.poſſid.& †debitor,qui delegauit,præſumitur ſciuiſſe mercatorem ſeu campſorem facile decocturum fuiſſe, & ſic in dolo fuiſſe, quando infra breue tempus aufugit, aut decoxit,ad tradita per Imol.in d.l. ſi cum dotē.§.ſi mulier.cum ſi.quæ ad propoſitum allegat Iaſ. ī d.l.ſingularia.col.16.nu.40. ſed Antonius campſor poſt dictā promiſſionem Paulo creditori factā infra breue tempus decoxit,ergo dicendum eſt omnino ipſum Carolum piſtorem teneri Paulo creditori ſaltem ad damnum,& intereſſe ipſius Pauli,uel melius ipſum Carolum in effectu non fuiſſe liberatū, & maximè ex quo Antonius campſor non fuit debitor Caroli,nec pecunias illius,ſeu tantundem de pecuniis,uel aliis rebus ipſius Caroli penes ſe habuit, per ea, quæ concludit Iaſ.in d.l.ſingularia. col. 16.& ita iuris eſſe cenſeo.
Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Solutioni adiectus nullam habet actionem, nec obligationem ex promiſſione inter alios facta de illi ſoluendo.*
Et an hoc uerum ſit, nu.21.
2 *Promiſſio, ſeu mandatum de ſoluendo tertio ante ſolutionis tempus, & ante, quàm ſolutio fiat, poteſt reuocari.*
Et quando hoc procedat, & quando ſecus ſit; nu.7.& 8.cum pluribus ſequentibus.
3 *Partita libri referens ſe ad inſtrumentum in plus non obligat, quā faciat inſtrumentum.*
4 *Obligatio nulla ad ſui præiudicium ſine eius conſenſus cōtrahi pōt.*
5 *Iuſſus ſoluere tertio non obligatur illi ex promiſſione per eum facta de illi ſoluendo, niſi & promittere iuſſus fuerit, & nu.15. uſque ad nu.19.ubi hoc declaratur.*
6 *Pactum inter creditorem, & debitorem factum de ſoluendo tertio abſenti idem operatur, quod ſimplex pactum.*
7 *Et quando poſſit reuocari, & quando non.*
8 *Mādatum factum debitori, ſeu campſori de ſoluendo creditori quando in pręiudicium creditoris non poſſit reuocari, & num.11.& 16.uſque ad num.19.*
9 *Verba præſentis temporis in contractibus denotant actum tempore ſcripturæ contractus celebratum.*
10 *Verbum promitto in ſcriptis redactum promiſſionem per ſtipulationem, & à præſente pręſenti factam fuiſſe impor.*
12 *Etiam in ſcriptura priuata, & inter mercatores.*
13 *Promiſſio, & conuentio ſimplex in foro mercatorum habet uim ſtipulationis adeò, quòd per eam nouatio fieri poſſet.*
14 *Debitor meus an, & quando à me liberetur, mercatore, ſeu campſore mihi iuſſu debitoris mei ſoluere promittente.*
15 *Mandatum à te factum mercatori debitori tuo, ut mihi creditori tuo ſoluat, an per ſimplicem promiſſionem de ſoluēdo adimatur, ut reuocari nequeat, & obligationem tuam priorem extinguat, & num.ſeq.*
16 *Et quando promiſſio de ſoluendo ſufficiat uſque ad nu.20.*
17 *Pau.de Caſt.ī l.delegare.ī uer.vnū tñ ſcias.ff.de noua. declarat.*
Promiſſio de ſoluendo quando par ſit ſolutioni, & quando ſecus.
18 *Delegatio, & ſolutio quando à pari procedant.*
19 *L.ſi debitorem.ff.de noua.declaratur.*
20 *Promiſſio de ſoluendo in contractu, qui re contrahitur, nō ſufficit.*
22 *Relatio nō ad oīa præcedētia, ſed ad illa tātū, ad quę fieri pōt debet fieri, quādo referēdo ad oīa reſultaret abſurdū, uel cōtrarietas.*
23 *Auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.limitatur.*
De relato aliter conſtare non eſt neceſſe, quando relatio eſt facta per eum, qui per ſe, & ſua auctoritate principaliter poteſt de nouo diſponere.
24 *Scripturę habenti auctoritatē ſcribēdi, & creandi debitores in dubio eſt ſtandum, & pro ea præſumitur, niſi contrariū probetur.*

EPITOME.

Promiſſio, ſeu pactum debitoris de ſoluendo tertio creditori ipſius creditoris ita ſolui mandatis, ꝙ reuocari non potuerit, quando ille tertius creditor acceptauit, & in libris ſuis ſe à debitore ſuo pecuniam illam recepiſſe ſcripſit, & alium, qui ſoluere promiſit, debitorem ſuum creauit, & debitorem ſoluendo primo creditori liberari, hic demonſtratur.

CASVS CONSILII.

CAROLVS *die quinta menſis Februarij anni 1533. nomine quorundam debitorum D. Bonapartis ꝓmiſit ſe principaliter obligando ipſi D. Bonaparti præſenti, & acceptanti ſoluere per totū menſem Auguſti anni 1534. ſcutos mille, & ſucceſſiuè idem Carolus ilico de mandato dicti D. Bonapartis illi cum iuramento promiſit ſoluere ſcutos quingentos Gualengo tūc abſenti creditori in eſſe ipſius D. Bonapartis. Poſtea de eodē mēſe Februarij die 17. eiuſdem anni 1533. Gualengus ſuper libris ſuis more mercatorum regulatis, & quibus, ſicuti inſtrumētis publicis, plena adhibetur fides, creauit dictum Carolum debitorem, & , ut præſumitur iuris præſumptione, præſentem, & uolentem in dicta ſumma ſcutorum quingentorum per hæc uerba uidelicet, Carolo &c. de dare adi 17. de Febraro ſcudi cinquecento d'oro in oro, quali ci promette di pagare per tutto mezzo Agoſto 1534. proſſimo ad inſtantia di M. Bonaparte, per conto di Bolognetto, come n'appare chartarogata, &c. à credito à detto Bolognetto, come à uſcita &c. Eadem die dictus Gualengus creauit ſe debitorem dicti Bolognetti in ſumma dictorum ſcutorum quingentorum*

rum